

74
D. D.

SPECIMEN ACADEMICUM,

DE

NECESSITATE REVELATIONIS, QUOD,

Cum consensu Ampliss. Facult. Philos. Reg. Acad.
Aloenfis,

PRÆSIDE

DOCT. CAROLO FRID.
MENNANDER,

Hactenus Scient. Natur. jam S. Theol. PROFESS:
Reg. & Ord. Reg. Acad. Scient. Svec. Socio,

Publico examini subjicit

GEORGIUS FORSMAN, Carol. Fil.

O. B.

Sacellanus in Lehtea & Tücannus.

Die XII. Maji, Anni MDCCCLIII.

In Auditorio majori,

horis ante meridiem solitis.

ABOÆ, Impressit DIRECT. & Typogr. Reg. Magn. Duc.

Finland. JACOB. MERCKELL.

Viro admodum reverendo atque præclarissimo,

DN. JOHANNI ALTAN,

Antistiti ecclesiarum, quæ Deo in Lohtea colliguntur,
longe meritissimo, & adjacentis districtus Præposito gra-
vissimo, Patrono omni reverentia ad cineres
usque venerando.

Viro Plurimum reverendo atque præclarissimo,

DN. MAG. JOHANNI SALMENIO,

Pastori ecclesiarum, quæ in Calajoki Christo colligun-
tur, meritissimo, fautori magno, qua par est vénéra-
tione prosequendo.

Viro plurimum reverendo atque præclarissimo,

DN. MAG. PETRO NICOLAO MATHESIO,
Pastori ecclesiarum Pyhæjokiensium meritissimo, fau-
tori optimo, omni pietate ad cineres colendo.

Viro plurimum reverendo atque præclarissimo,

DN. MATTHIAE PAZELIO,

Pastori in Kelvio meritissimo, fautori optimo, iugi pie-
tate perpetuo venerando.

Viro perquam reverendo atque clarissimo,

DN. GUSTAVO GRANROOTH,

Sacellano in Pedersöre meritissimo, consobrino
dilectissimo.

Cum, Patroni & Fautores estimatissimi, incomparabi-
pore collata pensito, plura invenio, quam quæ ver-
salutavi, quin favori vestro antea maximo novus isque
Fautores optimi, dissertationem hanc qualemcunque sereno
& ulteriore fortuna meæ commendationem. Metiamini,
nateriae, & ex datoris animo gratissimo; qui quoad vixe-
honratissimarum perennem & omnigenam felicita-

ri com-
merciis. T. 3. 1792. D. 1792. ri com-
merciis. T. 3. 1792. D. 1792. NOMINUM
MERCIET. Nominis
cultur hu-
GEORGIVS

Viro admodum reverendo atque praeclarissimo,

DN. MAG. ESAIÆ FELLMAN,

*Ecclesiarum in Limingo Pastor i longe meritissimo, vici-
nique districtus Preposito accuratissimo, ut ante hac In-
formatori fidelissimo, ita nunc Patrono pia
mente colendo.*

Viro plurimum reverendo atque praeclarissimo,

DN. JACOBO CHYDENIO,

*Pastori ecclesiarum in Gamle Carleby meritissimo, fau-
tori singulari, pia mente temper venerando.*

Viro plurimum reverendo atque praeclarissimo,

DN. MAG. GUSTAVO JUSLENIO,

*Pastori in Cronoby meritissimo, taurori certissimo, o-
mni veneratione ætatem prosequendo.*

Viro plurimum reverendo atque clarissimo,

DN. JOHANNI FORSMAN,

*Sacellano in Cronoby meritissimo, Patruo dilectissimo,
sincero animi affectu perpetuo venerando.*

Viro spectatissimo,

DN. JOHANNI NEOSTADIO,

*Senatori dexterissimo, Avunculo dilectissimo, omni ho-
noris cultu prosequendo.*

*lem favorem vestrum beneficiaque in me nullo non tem-
bis digne exprimi possunt. Nunquam enim limina vestra
ingens accederet cumulus. Accipiatis itaque, Patroni &
atque placido, ut soletis, vultu, in piæ mentis testimonium
quæso, munus bocce non ex pretii levitate, sed dignitate
rit nunquam definet, vestram familiarumque Vestrarum
tem calidissimis suspiriis summo omnium rerum Moderato-
mendare.*

VESTRORUM
millimus,
FORSMAN.

Råd och Sandelsmannen i Wasa,

Högwålachtad

Herr NILS TÖHLBERG,

Min synnerlige Gynnare.

Råd och Sandelsmannen i Gamle-Carleby,

Högwålachtad

Herr PETTER STENHAGEN,

Min synnerlige Gynnare.

Sandelsmannen i Stockholm,

Herr JOHAN HENRIC NEOSTADIUS,

Min käraste Cousin.

Sandelsmannen i Stockholm,

Herr JACOB NEOSTADIUS,

Min käraste Cousin.

Sandelsimannen i Ny-Carleby

Herr ABRAHAM COLLIN,

Min käraste Släctinge och Gynnare.

Dessa blad har jag funnit mig vara förbunden, at oppoffra

Eder, Mine Herrar, at således å daga lägga min tack-
samhet emot den ynnest och kärlek, hwarmed I mig stådse om-
fannat; uptagen derföre Mine Herrar Gunstigt en sådan wähl-
mening, som förknippad är med trogen succan för Eder
beständiga sällhet och vålgång. Förblifiver

Mine Herrars

Hörsansie tienare,
GEORG FORSMAN.

To

The most learned Author of this present Discourse.

As amongst Friends all Things are common, so I wwould commit not
a little Fault against the most valuable Rule of a sincere Friendship,
if I did not at so good an Opportunity express the Pleasure I have in hearing
you bring to light this elegant Matter concerning the Necessity of
Revelation. Which as it speaks its Autor's Virtue and Progresses in the
Sciences, so it serves for a clear Testimony of your good natural Sense
and of your commendable jndeavours after a solid and nervous Knowl-
edge, since there is nothing to be had vwithout taking Pains and Ho-
nour and Ease are seldom Bedfellowz. Which the latin Poet ansuvers very
sptly: Non jacet in molli veneranda scientia lecto, illa sed assiduo parta
labore venit. We all cannot do all Things, nor do all Things become
all Men, and therfore it vvere to vwise, that every one should betimes
apply him self to such a virtuous Exercise, Study and Course of Living, to
vwhich he is able. If it be true that Virtue hath its ovvn Rewrad, and
that learned Men carry their best Treasure about them, so you cannot
but be happy, in this Manner spending your youthful Days, viz in Reading
and Learning, and in striking, vwhilst the iron is hot, that is, in taking
Time vwhile Time serves. Like as a lazy Youth caueth a lousy Age, so
a busy Youth giveth Hope to an honorable Age. bacause a Virtuous &
learned Man is dear to every one, that understands the Value of Virtue
and of Knovledge, not to mention, that there is a great Difference bet-
ween Men and Men. So congratulating your fine Wit, Wisdom and Learn-
ing, vwhich vwill at length introduce you to that Honour, Advantage
and Rewrad, vwhich to you is justly due, sforetell, you shall find by Ef-
fect the Truth of this english Proverb: Early to go to Bed and early to
rise, makes a Man healthy, Wealthy and vise. I continue to remain

Your most affectionate Friend and ready

Servant,

JACOB MALMSTEN.

Mag. Docens. in Facult. Theo'.

JACOB MALMSTEN.

Mag. Docens.

Maan Niehelle.

Hyvä Herrä Hengellinen, kannus Kirkon Cappalaisten,
Jos mun sydämien sywyden
Tahdon hyvän tawita sit,
Min vett panisi pohari,
Että vihdoiu vihastuisi,
Että joudun hopteessi
M. moisani kyrkymähän,
Cojeas kirehdit kiwasti
Tallustelet tasaisesti
Pinduxea pyöryvän pääsle
Muilin eukulan mucoman,
Puhumahan pulkiasti
Selittämään selkiästi,
Milka hyddyrys hywembé
Tarpellius tietävämäbi
Lienepi liipyistymäta
Ilmotuvest ihanassa.
Jolla Julkinen Jumala,
Jjaneatkuuen Jämme,
Jlahutti ihmisiä
Ihe tämän illman alla;
Sillä jos ei Iso Isä
Jalo Jacobin Jumala
Olis ihe ihmisseille
Jhmietänsä ilmottanut,
Miten olis Mielen teenvynt,
Miten tahdoniin tawannut.
Ihmis parea illman alla,
Ilman töitä ilmotusta?
Tätä oppeneest osstat,
Puhut tästä pidemmeldä,
Ystävän Yrivacainen
Tästä työssä tuttavasa,
Josta taistahan tawata
Illman havaita hamua,
Että aina ahkeräsi.

Waarün vlet ottanunna
Opetyvest vikiasta
Esimiesten Merkillisten:
Ajan kansa callihimman
Caurihisi Käytännyä A
Olet omaksi hywärres
Auran Academias, si ja roabit
Emba nytt pidemmäld puhu,
Lawiammalld engä lausu,
Hyvää Herraa Hengellinen,
Tästä työssä tiettävästä;
Mutta tuoivotan todella
Sywydestä sydämmeini:
Että Julkinen Jumala
Ainais aina armostansa
Olla Sinua onnellisua
Tämän mailman majoisa!
Sihen wiedä sunatecohon
Zionist Herraa Sinua,
Että useotun osasi,
Lijatengin Lammans Lauran,
Jonga päälle Paimenepi
Olet pandu, ja Papiri,
Caizelist caunihiisti
Herran tielle hoitelista,
Etei heistä ensingänd
Cuacaan caatuvis cauhiahan
Euollon cuoppahan ewahan; Il bus
Mutti ett Herrans Hengellisen
Tanssi, päävän päättäissä,
Sangen ihanas ilosa,
Saisit sanomattomasä,
Tuolla Taiwahan Talosa,
Hyvän HERRAN hnnehesä
Ilman loppua iloita,
Woiton virtta weisaella!

JACOB AHLBERG.

Verb. D. Minist.

I. N. f.

§. I.



Unt quidem tempora no-
stra eo nomine felicia,
quod scientiae qualibet ad
insignem amplitudinis gra-
dum erectae jam conspi-
ciantur; sed eadem infelicissima merito dixeris,
si cogitentur opinionum portenta, & dicendi
cogitandique late extpatians licentia, qua homi-
nes, supra vulgus, si Diis placet, sapiendo &
nimium intelligendo nihil intelligunt, atque ra-
tionis pomoeria ultra sphæram suam dilatando
& ipsam pervertunt, & divina oracula, quan-
tum in illis est, non inutilia modo reddere, sed
in dubium etiam vocare & destruere impiissimo
conatu allaborant. Ita vedit præsens ætas ena-

A

tam

tam hominum perversissimorum segetem, qui rationis suæ ulna, quantumvis curta, cuncta sibi metienda sumunt, idque agunt omni nisu, ut ipsa religio Christiana, mysteriis suis omnibus exuta, in mere naturalem & rationalem Numinis cultum, si modo Numinis cultum, convertatur. Hinc quidquid in stupendis summi Numinis operibus admirandum & mysterio plenum est, admirabilitate sua omni spoliatur, ut naturæ legibus, quas ad ungvem se callere jactant, non minus respondeat, quam ea, quæ quotidie usu venire videmus. Quos tamen memores esse oporteret effati illius Verulamianus. Si ea duntaxat credamus, quæ sunt rationi nostræ consentanea, rebus assentimur, non auctori: quod etiam suspectæ fidei testibus præstare solemus. Sunt horum aliqui, qui, Pelagianam resuicitantes heresim, naturæ viribus tantum deferunt, ut de mediis salutis ipsa sibi prospicere queat, & felicitatis æternæ fieri compos; gratiam vero Divinam procul facessere jubent. Alii, quamvis & ipsi hominem luminis naturalis ductum sequentem, & ad rationis normam actiones suas componentem, absque Christi cognitione & in il-

lum.

lum fide, salvari posse contendant, gratiam tam
men quandam Divinam, vel, quæ ejus funga-
tur vicibus, providam Numinis curam morta-
libus adjungere videri volunt. Omnes autem id
agunt, viis licet diversis, ut solam naturalem reli-
gionem ruinis revelationis, quam exagitant, su-
perstruere queant. Hujusmodi, & his pejora do-
gmata alia, nam neque desunt, qui & ipsa de Deo
& virtute naturalia principia animis hominum evel-
lere si possent cuperent, impio foventur corde,
maledico in sacra oracula ore stiloque evomun-
tur, &, quod impietatis fastigium est, pro ra-
rioris, liberæ & generosæ cujusdam sapientiæ ar-
gumento habentur. Ut vero hi Divinæ benefi-
centiæ munere eximio, ratione, turpiter abu-
tuntur, illamque non in honorem, sed in con-
tumeliam vertunt donantis; ita, dum hæc tristi-
perpendo mente, prope est, ut mallem nullas
existare, quam cum detestabili earum abusu, li-
teras. Est quidem, ceu diximus, eximum pla-
ne Dei donum ratio & Philosophia, cuius ipse
per naturam auctor est, quem æque veracem
in natura atque scriptura, in rebus a se factis
ac in verbis a se inspiratis, venerari oportet. Sed

erit intra justos limites suos ratio coercenda, & agnoscere tenetur, se magnis intervallis a Theologia superari; cum haec sit æternæ & infallibilis veritatis, sancta & perfecta, in qua loquitur æterna lux, via & veritas de rebus ad salutem nostram spectantibus, quarum illa est indoles, ut vel penitus eas ignoret ratio, vel circa illas, ob periculosisimas mentis infirmitates, aincipiti & dubia industria inquirendo laboret. In ostendenda revelationis necessitate occupabuntur heic tenues ingenii nostri vires. Si vero in materia adeo sublimi non omnia ex voto processerint, voluntatem tamen bonam piisque si non laudem attamen excusationem habituram, adeoque conatus nostros benevolo lectori non ingratos futuros, confidimus.

§. II.

Quam insufficiens sit ad salutem obtinendam ratio, quodque illam veritatum maxime necessiarum, & in quibus cardo felicitatis humanæ vertitur, cognitio lateat, id vix aliunde clarius apparebit, quam si gentium cultiorum philosophi revelatione destituti fuerint producti in medium. Tum enim constabit, illos

los penitus ignorasse magnam partem maximi momenti veritatum; circa reliquam vero animo fluctuasse, & diversissimas inter se fovisse opiniones; quamvis neutiquam ambigam, tantas illos possedisse rationis ac judicii vires, veritatis cognoscendæ æque ardens desiderium, tantumque bona mentis, ac unquam Collinus, Tollandus, Tindalius, vel alii quicunque nostri ævi fortis, ceu vocantur, spiritus possederunt, & vix eo adigi possum, ut credam, hos, si illorum vixissent ævo, altiora sapuisse. Non quidem negaverim, fuisse etiam gentilium philosophis variarum magni momenti veritatum cognitionem, & residui adhuc luminis aliquas scintillationes. Sed debiles haec erant, & ex mediis quasi tenebris micantes. Ubique enim vera falsis mixta reperies, &, dum ea eorum effata, quæ recte se habere videntur, cum principiis conferuntur, contradictionibus obnoxia redduntur. De ipsa divinitatis essentia & attributis illos fovisse ideas vel falsas vel maxime confusas, cuique notum est. De summo bono innumera apud eos occurruunt sententiarum divortia, toto coelo inter se dissidentia. Earum circi-

circiter viginti, quarum una absurditate alteram superat, recenset Cicero; & Augustinus ex Varone ducentarum & octoginta octo discrepantium hoc in negotio opinionum mentionem facit. Palmariæ autem earum sunt, quod aliqui cum Peripateticis bonum theoreticum pratico præponderare, & summum habendum judicarent. Alii in foeda voluptate culmen boni collocarunt, cum illis, qui se Epicuri sectatores venditarunt. Epicurum autem ipsum a belluina ejusmodi voluptate fuisse alienum, & frugalitas ipsius, & diligentia, & honores mortuo habiti, testantur. Pythagorici vero & Platonici in unione cum Deo summum bonum quærendum esse docuerunt. Sub quibus roseis dictis tamen anguis latet. Ideo enim animabus ad redunctionem cum Deo tendendum esse voluerunt, quod essent animæ mundi particulæ, hæc vero ipsa Divina hypostasis. Illa etiam media, quibus ad fruitionem summi boni pervenire satabant vel Pythagorici, sui nimiri cogitio, purgatio, & in se ipsum introspectio; vel Platonici, quadruplices scilicet virtutes, politicæ, purgatoriae, intellectuales & exemplares, quamvis

vis videantur ad aliquam assimilationem Dei tendere, toto tamen cœlo differunt a genuinis illis mediis, quibus felicitas summa, Dei conformitas, obtinetur.

§. III.

DE origine ipsius mundi ambigue apud philosophos gentiles disputabatur, multis & ter- nitate ejus defendantibus, aliis eum fortuito casu ortum asserentibus; paucissimi autem & ferre nulli eum ratione & materiæ & formæ Deo initium suum debere docuerunt. Gradus vero & modus, quo præsentem elegantiam & ordi- nem obtinuit mundus, eorum cognitionem pla- ne fugiebat. Fecit de origine mali ignorantia, ut bina principia, bonum unum, alterum malum, plerique admitterent, aliqui ipsum Deum causam mali statuerent. Ut vero morbi hujus atrociissimi ortus & indoles illos latuit, ita multo minus medicinam eidem convenientem, medi- umque Deum placandi & conscientiam tranquil- landi, invenire poterant. Neque modum per- fectionibus Divinis convenienter cultum publi- cum instituendi noverant, sed a majoribus tra- ditos ritus sancte esse servandos docuerunt. Hinc

Epicte.

Epicteti de religione consilium est: *Unicuique circa cultum Numinis patrios ritus decenter observandos esse;* & Cicero inter communes gentium de religione leges has adducit: *Separatim nemo habesit Deos, neve novos.* Sed ne advenas, nisi publice adscitos, privatim colunto. Ritus familiae patrumque servanto. Circa providentiam porro Divinam multi impia sentiebant; de amore vero Dei in genus humanum inten-
fissimo & gratiae supernaturali subsidio, ad bonum sequendum adeo necessario, altum apud illos omnes est silentium. De ipsa animæ immortalitate & futura post hanc alia vita plerumque ambigue sentiebant. Ita Cicero, recensitis variorum de anima ejusque duratione sensentiis, hunc in modum concludit: *Harum sententiarum qua vera sit, Deus aliquis viderit; qua verisimillima, magna quæstio est.* Qui animam remanere post animal agnoverunt, locum quidem illis statumque diversum, prout diversimode se in hac vita gesserant, assignaverunt; sed malis in tartaro, bonis autem in cœlo, hoc est vel in regione sublunari, vel æthere, vel inter sidera & in orbe lacteo, locum assignaverunt;

verunt; ubi consisteret earum beatitudo in contemplatione, qua, tanquam lavavissimo animarum pastu, perpetuo occuparentur, supera ex vicino, imo ex alto, lustrantes. De resurrectione vero mortuorum aliquando futura ne cogitatum quidem ab illis est.

§. IV.

Degebant gentiles vitam in velata plerumque securitate, non admodum vindictam Numinis metuentes, & de beatifico ejus amore parum solliciti. Hinc, modo iis in hac vita bene esset, de futura felicitate vel nihil cogitarent, vel tenues & indignas cogitationes, nulla fere illius assequendæ cura taciti, soverunt. Qui virtuti aliquam operam dabant, tam impense sibi placuerunt, ut imputari a superis in laudem & mercedem sibi hanc virtutem postularent, vitiaque sua insigni ista probitate abunde redempta esse, & a propitiis superis transmittenda, arbitrarentur. In vita criminosa & ingenti scelere poenitentiam aliquam malefaciū requirebant, qua scelus facile expiatetur, & favor Numinis conciliaretur. Hinc Seneca Tragicus: *Quem penitet peccasse est innocens.* Huic tamen adjungendam sape vo-

Iuerunt solennem criminum confessionem, & preces, quarum non contemnenda pars erant solennia carmina, quibus varias jungebant ceremonias, loriones & iustificationes. Qui vero ad peccati naturam paulo attendebant diligentius, cassis id genus ceremoniarum criminum expiandorum vim tribuere ineptum judicarunt; hinc sanguine placandum esse Numen plerique gentes putaverunt. Ad sacrificia itaque expiatoria itum, & primo quidem ad animantia. Sed cum neque haec anxiæ conscientiæ ad placandum Numen sufficere viderentur, ad humana etiam ventum est sacrificia, eaque non ex hostibus modo & infima plebis fece, sed nobiliora etiam, & maiestate superiorum digniora, quæ rebantur. Quod itaque in omni re sua habebant earissimum, pignora ipsa sua, iratis Diis devovebant. Aliquando etiam ipsis in sacrificium populi multitudo reges & primates suos deernebat. Ne vero victimæ invitæ & coactæ con nomine essent Diis minus acceptæ, commodum sibi accidisse rebantur, si quis sponte se ad paculum expiandum, imprimis magnatum & principum populi, immolandum offerret. Sed cum in

in sollicitis animis remaneret tamen scrupulus, ecquid Numini placeat, ut unus pro omnibus suat; voluntarie suscepit per pessimumibus pro peccatis suis satisfacere voluerunt varii. Illi vero, quibus & hæ leviores vitæ fuerunt, quam ut peccatis in solidum expiandis sufficerent, spontaneæ se morti deliberato animo tradiderunt. Imo post fata etiam animam, vitiorum labœ pollutam hinc excedentem, purgandi caussa pœnis variis exerceri, antequam in beatorum sedem transire ipsi liceat, philosophi aliqui insuper docuerunt. Vel ex his, quæ allata sunt, apparet, quomodo cum horum hominum vita fuerit comparatum, deficientibus vel vacillantibus palmariis ad virtutem motivis; & qualis illis fuerit conscientia, quæ eas, quas de divinitate rebusque Divinis foremus ideas, lequi suo judicio solet.

§. V.

Micant quidem in his tenebris impressæ animis humanis veri notiones aliquæ, & superficies naturalis Theologie reliquæ, veterisque catecheseos quasi rudera. Videre enim hinc licet, accusatorem animum sua cuique cri-

mina apud Divinæ justitiæ tribunal intentare, eumque subigi, ad demissionis indicia provocato. Numini offerenda. Agnoverunt enim ipsi gentiles, ceu ex dictis apparet, peccati reatum, justitiæ Divinæ rigorem, resipiscientiæ utilitatem, & necessitatem convenientis sacrificii. Fatentur animi labem, & in victimis mortis se reos pronunciant. Interim tamen omnes hæ veritates gravissimas corruptæ erant erroribus, ita ut nec peccati foeditatem, nec severitatem justitiæ Divinæ, ut oportebat, agnoverint. Hinc vel nimiam Dei ad sibi condonandum facilitatem fingeabant eaque abutebantur; vel, ex trepidatione anxii semper animi frustraque ad consolationem anhelantis, pro suo arbitratu, nec expectato Dei jussu, multa ad placandam Divinitatem temere effingeabant, Deoque, quamvis ingrata, obtrudebant. Quæ vero apud philosophos gentiles sublimius dicta aliquando reperiri possunt, ea non tam sagacitati intellectus eorum, quam potius peregrino auxilio sunt tribuenda; traditioni nimisrum, vel cum Iudæis, quibus concredata erant etiam conversioni. Sub itineribus enim, quæ erudi-

eruditio[nis] acquirendæ & augendæ cauſſa ſuſcipiebant, erat illis tam alibi, quam potiſſum in Egypto, quo præcipue tendebant literata eorum itinera, cum Judæis conferendi potestas; ubi etiam iplum vetus testamentum, in illuſtri Bibliotheca Ptolomaica, conſulere poteſt. Sed per manus eorum tranſeuntia ſaniora illa dogmata corrumpebantur, cum ad principia ſua eadem detorquere, ut propriæ inventionis viderentur, ubique fuerint conati.

§. VI.

Philofophis ſub Christianismo, & in primis recentioribus, illa neutiquam laus eſt denganda, quod de eſſentia, attributis & operibus Divinis, de officiis noſtris & mo-
tivis ad illa implenda nos adigentibus, de im-
mortalitate etiam animæ ſtatue ejus post mor-
tem, aliisque magni ponderis veritatibus ſaniora
& evidentiora omnia docuerunt, quam gentilium
Philofophi. Interim vix quemquam nobis inſi-
ciaturum confidimus, quin revelationis, quaꝝ il-
lis contigit, institutio, haud parum ad priſti-
nam iſtam ingenii rubiginem deponendam, &
ad imbuendum illorum animos ſanioribus cogi-
tatio:

tationibus, contulerit. Evolutis jam rite perfe-
ctionibus Divinis, perspicimus, hominem pri-
mitus a Deo conditum esse felicem; sed hac
felicitate, propria sua culpa, per abusum li-
bertatis & inde factam justitiae Divinæ Ixionem,
excidisse, adeoque suæ ipsummet infelicitatis es-
se architectum. Requirere porro videamus ju-
stitiam Divinam lælam satisfactionem, antequam
homini ad felicitatem redditus patet; cumque
pro ratione personæ læla, & ejus in lædentem
jure, infinitam, tam activam quam passivam.
Talem vero nec homo ipse, nec ulla res alia
finita, præstare potest. Frustra etiam in jure a-
liquo aggratiandi Divino heic solatium quæritur.
Cum enim justitia Divina satisfactionem exigens
sit & que infinita ac bonitas ejusdem, non pot-
est, absque mutua horum attributorum pugna,
Deus sine satisfactione condonare malum; tum
enim prævaleret bonitas justitiae, quæ tamen
ejusdem cum illa est infinitudinis. Nec poenitentia
expiari possunt peccata. Hæc enim ne
in foro quidem humano rem factam infectam
reddere valet. Et poenitentia hominis sibi reli-
qui non vera & genuina est, sed malæ potius
consci-

conscientiæ agitatio. Hostiæ etiam satisfactioni tali, qualem requirit Divina justitia, præstandæ plane sunt inidoneæ. Nam sunt res non finitæ modo, adeoque infinito reatu expiando ineptæ; sed insuper ante ipsam oblationem in Dei plenissimo dominio erant constitutæ. Nullum itaque medium recuperandæ felicitatis, qua excidit, summiæ, & vitandarum, quæ ipsum manent, pœnarum perpetuo duraturarum ratio sibi relata perspicere valet. Sed, si ex miseriis his suis liberabitur, & pristinam felicitatem obtinebit, necessaria omnino est ipsi revelatio, quæ sola ostendit modum, quo Deo, qui Iesus est & satisfactionem requirit, lytrum infinitum, adeoque ab ipso Deo proficiscens, præstari queat.

§. VII.

Felicitatem humani generis, utque beati reddantur homines, ut intermedium finem gloriæ suæ & perfectionum manifestationi, scopo omnium rerum ultimo, subordinaverat & intenderat in ipsa creatione Numen. Hinc de medio etiam illis prospexit, quo finis hic obtineretur. Intellectu itaque & voluntate libera illos instruxit, adeoque cognitioni & fruitioni sui

sui eos aptos effecit. Concessit etiam illis re-
velationem naturalem, ut inde, quæ ad i-
psum cognoscendum & colendum faciunt, hau-
tirent, utque, perfectionibus Divinis summis co-
gnitis, summam voluptatem inde perciperent,
Deoque fruerentur; idque, data animis eorum
immortalitate, ut in æternum fieret, intendit.
Jam vero vidimus, ex inductione gentium pri-
sci orbis & ipsorum inter illas philosophorum,
testari universalem experientiam, fuisse lumen
naturale apud ipsos adeo corruptum, ut per-
versissimas & absurdas de Divinitate, de modo
cultum ejus instituendi & Numen placandi, a-
llisque religionem spectantibus negotiis soverint
opiniones, utque ipsa naturalis religio fuerit sus-
focata, & veritates hominibus insitæ oblivioni
quasi traditæ. Ita naturæ lumen fine suo, ob-
quem illud hominibus concesserat & reliquum
fecerat Numen, per hominum cæcitatem & ma-
litiam non modo exciderat, sed etiam pravo
abuso in religionem Deo contumeliosam & hu-
mano generi noxiā degeneraverat. Melius e-
mī fuisse, nullum habere Dei cultum, quam
cum creaturis etiam abjectissimis tribuere; melius,
carere

carere conscientia, quam eandem possidere penitus occæcatam & superstitionem. Solet ens intelligens, dum medium aliquod fini suo consequendo non est amplius idoneum, aliud novum aptius & efficacius eidem substituere. Multo magis de ente omnium sapientissimo idem est credendum, illud hac in parte sibi neutiquam defuisse; sed naturali de se cognitioni hominum culpa penitus obfuscata, novam lui cognitionem, novaq; ad gloriam suam promovendam felicitatique propriæ litandum per revelationem hominibus patefecisse motiva. Erat illud eo magis necessarium, cum ostensum jam & illud sit, lumen naturale, quantumcunque excutum, non suppeditare tamen homini cognitionem mediæ, quo beatitudo æterna obtineri posset; unde colligimus, præter illud dari revelationem Divinam, de modo Deum placandi, & felicitatem, cui conditus erat homo, æternam, obtainendi eum erudientem.

§. VIII.

Quin possibile sit Deo, supernaturali modo revelare hominibus voluntatem suam, eosque de ejusmodi rebus instruere, ad quarum

Cogni-

cognitionem rationis ope pertingere nequeunt, idque vel immediate agendo in animam humam, vel sensuum, imaginationis & membrorum corporeorum adhibendo ministerium, nemo, qui Deum auctorem naturæ nostræ omniumque nobis concessarum facultatum veneratur, quique perfectionum ejus possidet ideas, unquam negabit. Quod vero etiam velit voluntatem suam hominibus patefacere, inde colligitur, quod revelatio veritatum supra sphæram rationis positarum addat cognitioni humanæ perfectionem, quam Deum vi bonitatis suæ velle concludimus. Communis quoque humani generis, etiam sub densissimis ethnicismi tenebris, hæc fuit persuasio, Numen velle voluntatem suam mortalibus revelare. Hinc apud populos omnes erant Sibyllæ, vates, auguria, oracula & divinandi artes, per quas se ad Deorum voluntatem cognoscendam & proprius cum illis commercium pertingere posse credebant. Est itaque hominibus communis & quasi naturalis ac connata opinio, Divinitatem mandata sua & voluntatem mortalibus communicare, atque de futuris variis viis & mediis illos instruere. Sunt porro ea, quæ ratio jam,

etiam

etiam optime exculta, de Deo cognoscendo & colendo tradit, talia, ut majorem perfectionem, perspicuitatem & certitudinem non admittant modo, verum etiam, si homini salutaria erunt, omnino requirant; & homo ipse non saltim est ulterioris cognitionis capax, sed etiam, pro praesenti praeципue statu, maxime indigus. Hinc itaque denuo inferimus, dari revelationem divinam, naturaliter patefacta uberior, clarior & certius homini cognoscenda exhibitentem, rationisque defectus supplementem. Convenientissimum hoc merito judicamus Deo, ejusque sapientiae & bonitati, quem non velle humani generis miseriam, longanimitas & quotidiana beneficia abunde ostendunt; cujusque in nos paterna benignitas vel inde clarissime elucet, quod corpus nostrum, partem ignobiliorum & terrenam, omni possibili modo perfecerit, & de necessariis omnibus ei prospexerit; convenientissimum, inquam, judicamus magno huic benefactori, multo magis de anima, parte nobiliore & aeterna, perficienda cogitationem suscepisse, ejusque indigentiam & miseriam deplorandam per revelationem etiam supernaturalem suble-

yasse,

vasse, & naturali religioni, quæ non videt
viam aliquam restituendi hominis lapsi, quæ-
que, si vel maxime illam videret, viribus tamen
caret ad hominem ex miseria sua eruendum,
& a pravorum affectuum servitio liberandum, a-
liud substituere medium, revelationem, de-
ejusmodi rebus nos erudiantem, ad quarum co-
gnitionem pertingere non potest ratio, quæque
vires offert supernaturales, corruptioni cordis
humani & pravis ejus inclinationibus superan-
dis abunde sufficienes.

SOLI DEO GLORIA.



Onnen Toiwotus Minun Rakahalle Swogerillen.

Järki ja ilmestys ovat ne lähteet, joista caicki meidän tie-
tom ja taitom ulosvuotavat. Järki, jolla se Enni Luuja
ihmiset muiden Luendo:appalder suhteen tahdoi lähisota, oli
kyllä alusta fencaldainen, etta ihmisen sen cautta taipi tulla
johdatetuxi Luojan tundemiseen. Mutta se väitettyavan
synnin langemuren jiken tuli tämä järki pimitetypi, niin että
ihminen luonon valkeuden ja ärjen cautta ei tainut ymmärtää ja käsittää Jumalan salaista neuvoa hänен lunastuves-
stans ja autuudestans. Hän harvaiksi kyllä, että Juma-
lan vanhurseaus watei rangaistusta synnin pälle; niin myös
että hän en tarpeudens ja hyvyydens ei fallinut, että ihmisen
olis pitänyt peräti hukkuman, van paljon enemmän rangaistuves-
sta pelastetuxi tuleman. Mutta enea ihmisten edestä piti ma-
yon ja täyden tekemän, ja millä tavalla se piti tapahduman,
se oli yxi salaisus, joca järjen ja ymärrypen yltze kävi. Sen-
tähden oli Jumalallinen Ilmestys suuresti tarpellinen, jos ihmisen
piti autuudesta osalliseksi tuleman. Tämän suren armo lahjan
on Jumala meille hänien sartans cauta andanut, joca oikeudella
ilmestyrexpi euhuttaman pitä. Tämän Ilmestyren Tarbellisuu-
den oletta Te, minun Rakas Swogerin, täsä teidän oppenesa
Disputationisamme juurta jaxain osottanet ja wahwistanet. Ja
nijcquin Ylipaimen Hänien caicki wisahasa edes eahomisesans on
tahtonut teille tämän autuallisen ilmestyren useoa, etta te, ni n-
euin useollinen Paimen, laumalle ylös rakennuixeri sen saman
ulos jacaitsitte, niin en minä niuta toiwota, cuun etta Te, mi-
nun Rakas Swogerin, nijneuin walpas Israelin wartia,
Tämän Ilmestyren valkeudella ja lyhyllä, teidän sananeulis-
osten edessä nijin lohjaitsitte, etta Te, yhä heidän cansans löy-
dyisitte nubhetoina meidän Herran ja Lunastajan Jesuksen
Christuksen suurna ilmestyren päävänä! Jolla toiwotuxella minä
olen.

Teidän

Rakas Swogerin,

JACOB FLANDER,

Verb. D. Minist.

MOLLINGON. Ekklesiastikau till Herr Auctoren.

DEn stråt är ei få lätt, som mången fig inbillar,
At lärdom somla inn, bli fri från därförkaps willor;
Desaker leca upp till mången sanning god.
Därtil behövs wist båd ijd och muntert mod.
Erfarenhet, förmögt, plär man de färor kalla,
Som i Naturlig ting oj lära satser alla;
Den förra teer dem fram; den andra fäijar ut,
Och gör af altihop se'n rena tankeslut.
Med degas nära band mång sanning då opfinnes,
Mång regla taas i acht; mång nyttja öfven vinties,
Men om til Nådens värd med dem man wille gå,
Så tar man ledsvånn blind, som måhet ei kan nå,
Där stannar vårt begrepp; där blottas strax vår swaga:
Erfarenhet, Förmögt man hör till fånga taga,
Och tro det klara ord, som sielf Guds Ande skref,
Till Salighet för oj, det tryggsta Fästebræf.
Sånt har Du nu, Min Bror, rätt wackert för oj wissat.
Ejj höfs här något roos; ty wärcket Mästarn prissar.
Gud signe Dig med godt för all Din flit och ijd!
Din lott den blifwe stor i ewighet oj tid!

If den upprightigste wän och tienare
ISRAEL ALTAN,
Österbottninge.

Frater Dilectissime.

Offici & debiti mei plane essem immemor, nisi adeo oportuna occasione, dum
nimirum dissertationem Academicam TE meditari inaudio, latitiam meam
testatam facerem. Tot enim a Te, Frater dilectissime, in me cæsticere fraterni
amoris documenta, quæ a Fratre unquam proficieti poslunt optimo. Non enim
indelissima nido informatione me sublevasti, sed etiam consiliis in qualibet casu
integerrimis, mihi succuristi. Una nobis contigit fors, ut Parente, nutu Divino
id ferente, orbaremur desideratissimo. Una nobis sit voluntas, unanimisque ni-
sus ad bona & egregia quævis propendendi! Faxit Propitium Numen, ut & hoc
& cætera tua honesta conamina felices sortiantur successus, ut sis spes arque
incolumis, in ecclesie ejus ædificationem, Matris indulgentissimæ & cognatorum
Amicorumque omnium gaudium & solatium! Ita animitus vovet

Frater tuus fidelissimus,

JOHANNES CAROLI FORSMAN,
Ostrobotniensis.